licet deteriorent. optas etiamnum collegum priva-tum meum! vix tu imperfig meum, quam ego vicissim tuum. Ut compotes fiamus uterque voti, res est expedita . . . . cum per senium, tum per occupationes publicas, non me esse idoneum norunt, quotquot me norunt. Ab his autem ferè liber cum sis, cur profectionem proteles, causam non video. Praeterea tibi aperio aedes meas ut iis utaris tanquam ipsis tuis, quamdiu et quomodo velis. Hospes revera venies longè gratissimus et exoptatissimus. Vale. Tui affectu tuissimus

Χειρόγγνωσ

23 Jan. 1642.

1642. 1383

Reverende et Doctiss. Vir amice pl. col. 308.

Quantum de tua salute et commodiori vitae conditione, qualem meretur virtus et eruditio tua, semper solicitus fuerim ad te verbis exprimere, sed quae tua est de amicitia nostra confidentia, cuncta à me te expectare, quae in mea potestate sunt, non dubito. Accidit autem ut Dn. Bergius, Ecclesiastes Bremensis, nuper mortuus fuerit. Igitur tam ego, quam meus D. Altingius statim de te curam suscepimus, si volente Deo in defuncti locum surrogari posses. Scripsimus igitur ea de re uterque ad amicos Bremam, et quamvis sint qui in diversas cogitationes suas convertant, animadvertimus tamen, esse quosdam, qui te Ecclesiae illi adesse expetere velint, et sperent, operam tuam illi futuram esse quam utilissimam. Sunt inter illos Syndicus Civitatis, et alii qui Francofurti te concionantem audiverunt. Suadent autem, ut sub alio praetextu Bremam te sine ulla mora (in qua alioqui foret periculum) conferas, atque ita in rem praesentem venias sic ut ii, quibus cura Ecclesiae incumbit, eò rectius et tuis et tibi possent consulere. Sed scio, quales in utramque partem rationes animum tuum distrahent, nec ipse tibi author sim, ut vel inscio vel invito principe Electore aliquid in hoc negotio statueres. Sed quia res Palatinae adhuc admodum sunt

dubio (desperatas enim esse non dicam) forte ipse Pps facile concessurus e, ut conditionem aliquam acci=piās. Donec major de restitutione communi et nra privata spes affulgeat. Quod si misericors Deus illam veluti è machina nobis largietur, etiamsi functione Ecclesiastica Bremae devinctus esses, non dubitarem tamen Magistratum tum palatinatui lubenter gratificaturum ut posses redire in patriam, et inservire Palatinae Ecclesiae. Igitur qd è re tua potiss. fuerit, ipse prudenter ppendes. et sicum principis bona voluntate fieri poterit, primo qq. die te ad nos conferes. Nos hic ad pficiendum totum negotium et te ornandum ac pmovendum nihil pendu auspitus pternissuri sumus. Quicqd etiam sumptuum in iter factum erit, Bremenses uti speramus, facile refundent, et nos nihil, quod à nobis expectabis, in nobis desiderari patiemur. Plura de toto negotio ad te scribit D. Altingius, q tui e studioss. Ego Deu oro ut haec consilia nra sua divina benedictione ad nominis sui gloriam, et Ecclae orthodoxae incrementu benignè dirigat. Te rogo, ut in opt. partem meam hanc solicitudinem accipias, tibique psuadeas Quod sum

Tui studioss.

L. Camerarius.

Groningae $\frac{10}{20}$ Xbris. 1642.

Rev: et Doctiss. Viro Dn. Petro Streithagen
Serenss. Electoris palat. Concionatori ordinario
Dno et Amico S. pl. col.

Ins Gravenhag.

309. Reverende et Clarissime Vir, frater in Chro honorande

Plures ab amica manu tua literas non vidi, iis quas 4 Sextilis 1641 Occipuè ob Illustriss. Pps Ernesti debitu, et nuperrimè 12 Kal. Jun: ad me dedisti, VI. Id. Jun: mihi exhibitas. Dno Fabritio, Pps Ernesti quondā Ephoro, jam vero Illustrissae Matris ejus, Viduae, Concionatori Aulico, primis illas inclusas literas statim tradidi, nescio, quare ex eo tpore nec ad te scripserit nec rem expedierit, Eidem respondi; Pt ut ex

piis